cum Societate coctoris Salis Thorunen intercedunt et ad quas
dirimendas a nobis Fid. vris deputats sunt negligenter actum.
dum procedant magno suo damno. Ex altera parte quoq Nobilis
Simon Brandwig Secretarius et Fiscalis noster nobis humi-
lime significavit secum damnosa rerum nostrarum Fiscalium quibus
in Prussia curandis a nobis profectus est, et rei suae famili-
aris neglectione aliquot annis huic negocio Cracoviae coram diver-
sis Comissarijs attendisse, id tamen toto isto tempore vix recte
incipi nedum finiri potuisse, verenq cum ob Heindensfolgi im-
pertinentes contentiones et diverticula tum Fid. vrarum occupationes
publicas et privatas aliasq multas causas vix unquam eo modo
recte finiri posse in maximum et Fisci nostri Regij et Societa-
tis damnum. Ideoq de alia huius litis quam citissime finien-
dae expeditiore et certiore aliqua constituenda ratione tam suo
quam aliorum Sociorum nomine nobis supplicavit. Nos autem
priusquam a Fid. vris de istius negotij statu et qualitate
informaremur nihil temere immutandum esse censuimus. Ideo
Fid. vris Mandamus ut omni conatu adhuc efficere studeant
quo hoc negotium ante Regni Comitia nunc instantia rite fi-
niri possint. Sin minus causas nobis significent Fid. V. cur ase
finiri non posse existiment, ut ex ipsarum informatione de aliqua
alia expeditiore ratione eius diuturnae litis finiendae delibera-
re et certius decernere possimus. Cum etiam limitatio istius
negotij ob Fisci nostri propriam quandam actionem coram
nobis pendentem per nos facta ultima Januarij expirare dici-
tur. Illa vero actio vix ante eam diem terminari poterit. Ideo
Mandamus Fid. vris ut eandem limitationem suam ad paucos
dies quousq Fiscalis noster illam absolverit et absoluta ea
Cracoviam advenire possit prorogent. Secus Fid. vris non fa-
ciant. Pro gratia nra officioq suo debito.

Confirmatio Warssouien.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam memoriam Nos
Sigismundus 3. Scimus 3. Quod quamquam compertum
habeamus Civitatem nostram antiquam Warsauien. eiusq incolas
et omnes sub iurisditione illius degentes ex Rescripto Privile-
giorum ante hominum memoriam ab antiquissimis temporibus ei-
dem civitati per Illmos Duces Massuiae datorum et tandem
per Serenissimos antecessores nostros et nos ipsos confirmatorum sem-
per liberam et immunem semper fuisse a pendendis tam equis
quam pecunijs. Quorundam tamen quoniam edictis et constitutionibus

antecessorum nostrorum de eisdem equis praestan. et subducen. pe-
cuniisque solven. ita cautum est ut sibi quoque civitas quantumvis
Privilegiata merito timere debeat. Volentes nos eandem civitatem
antiquam Wars. hoc metu liberare eamque in libertatibus antiquis
conservare cum speciali consensu Senatorum nostrorum et Nunciorum
Terrarum Regni nostri in praesenti Conventu generali congregato
eandem iuxta iura et Privilegia praefata ab eiusmodi oneribus Pod-
wodarum seu administran. equis, quam in conferen. ad Thesaurum
nostrum pecunia perpetuo liberamus et absolvimus. Decernen. eosdem
ab eisdem Podwodis quocunque nomine vocatis perpetuo liberos et
immunes esse debere. Quod ad omnium et singulorum notitiam
deducen. eisdem Mandamus ut praedictam Civitatem nostram
antiquam Warsavien. eiusque omnes incolas in ea libertate ab an-
tecessoribus nostris concessa eisdem, et per nos perpetuo approba-
ta conservent conservarique omnino curent, nec eisdem in exigen.
equis curribus vel pecuniis podwodarum temporibus perpetuis
ulla ratione molesti sint. In cuius rei fidem et firmius testi-
monium praesentem concessionem nostram. Cum omnium ordinum Regni
nostri consensu publice celebratam Constitutionibus Regni nostri
inseri hasque literas manu nostra propria subscriptas sigillo ap-
penso Maiestatis Regni nostri muniri mandavimus. Actum
et Datum per manus Reverendi in Christo Patris D. Alberti
Baranowsky Epi Premislien. R. Nri Vicecancellarii Warsa-
viae in Conventione Regni nostri Generali die 17 Mensis
Aprilis Anno 1589 Regni vero nostri anno secundo. Prae-
sen. Rndmis Illribus Rndis Magnis Generosis Venerabilibus
et Nlibus Stanislao Karnkowsky Gresnen. Legato nato
et Regni nostri Primate. Joanne Demetrio Solikowsky Leo-
polien. Archiepiscopo Georgio Duce in Olyka et Nieswiesz
S. R. E. Cardinali Radivilo Episcopatus Vilnen. perpetuo ad-
ministratori Luca Kosielecsky Posnanien. Bernardo Ma-
ciejowsky Luceorien. Laurentio Goslecsky Chelmen. Episco-
pis Christophoro Radivil Duce in Dubinky et Bierse
Vilnen. M. Duc. Lith. Exercituum Campiductore Vlocen. Bo-
nowien. Karkonsaus Joanne Kiska Vilnen. Brzestenque
Petro de Potulicze Calisien. Wiszogrodien. Voten. Cilenque
Tornetanis Joanne Hlebowicz Trocen. Radoskovien. Vpitenque
Alberto a Lasko Siradien. Mariaeburgenque in Livonia Nicolao
Christophoro Radivilo Duce in Olyka et Nieswiesz Castel-
lano Trocen. Sauleni Joanne Oplawsky Junivladislavien. Ni-
colao Herborto Russiae Janusio Constantinowicz Duce Ostro-
giis Volhiniae Joanne a Sienno Podoliae Horodlen. Crosnenque
Gregorio Zielensky Plocen. Mlavenque Stanislao Krysky a

Dobrin Masoviae Ploceñ Sobszineñ Stanislauvienq; Stano
Radziminskij Podlachiae Livoñ Camerecenq; Stanislao Gostom-
skij de Lezenicze Raveñ Radomieñ Nicolao Dzialinskij
Culmeñ Bratianenq; Janussio Zborowskij Palatino Brac-
lavieñ Krzemienecenq; Palatinis et Capitaneis Stanislao Co-
mite a Tarnow Sandominenq; Busceñ et Scobniceñ Joanne
Comite a Tencin Worniceñ Lublineñ Parczovieñ Paulo Sa-
minskij Lanciciceñ S. Reg. M.tis Aulae Magistro Joanne
Lesniowolskij de obrij Merneñ Posavienq; in Livonia Mar-
tino Lesniowolskij Podlachiae Zatovieñs Losicenq; Joanne
Dulskij Culmeñ Supremo Tesaurario Regni nostri Brañsceñ
Lizaneñ Succeñ Christophoro Lomnowskij Sandeceñ Joanne
Kościelecskij Miedzirzeceñ Nicolao Firlej de Dambrowi-
cza Breceñ Referendario Curiae Regni Korczyneñ Kasi-
mirienq; Georgio Mniszek de magna Kunczicze Radomieñ Sa-
noceñ Samborieñ Joanne Myszkowskij de Mirow Tarnovieñ
Joanne Ossowskij Colaneceñ Hieronimo Gostomskij Naklen
Valcenq; Alberto Reczayskij Warsavieñ Stanislao Minskij
Zakroczimeñ Joanne Bykowskij Woranieñ Lanciciceñ Sira-
dienq; Castellanis et Capitaneis Andrea Opalinskij de
Brin Supremo Regni Marschalco Maioris Poloniae Gene-
rali Sremeñ Leszniscenq; Alberto Radziwil Duce in olijka
et Nieswiesz Magni Ducatus Lithvaniae Marschalco Ko-
wnenq; Joanne Zamoyskij de Zamoscie Supremo Cancel.
lario Exercituumq; Regni Generali Belzeñ Knyszieñ Mar-
ieburgeñ Miedzirzeceñ Dorpatenq; Leone Sapiecha Magni
Ducatus Lithvaniae Vicecancel. Teodoro Skumin Magni
Ducatus Lith. supremo Tesaurario olitenq; Stanislao
Przyemskij Marschalco Curiae Regni Korrnenq; officialibus
et Capitaneis. Petro Tilickij Proposito Gnesneñ Crac.
Varmienq; Canonico Secretario Regni Maiore Joanne Tar-
nowskij Referendario Curiae Regni Crac. Wladislavieñ
Lanciciceñ Kruswiceñ Proposito Joanne Pretrowskij
Decano Posnanieñ Canonico Crac. Joanne Krasnickij
Cantore Crac. Nicolao Myszkowskij Crac. Stanislao Dambskij
Luceorieñ Canonicis et Secretarijs et alijs quamplurimis
officialibus Secretar. et ministris Terrestribus ex omnibus Ter-
ris et Palatinatibus Regni et Magni Ducatus Lithua-
nis ad presentia Comitia congregatis

Alia confirmatio eorundem